¶ Ad id quod obicitur in Iheronimo de auctoritate domini in Mathei et cetera in glosa. dicendum quod tam textus quam glosa intelligi habent quantum ad preparationem remissionis vel aptitudinem non vel possibilitatem et aptitudinem / Non quod dicens determinatur quod id peccatum non remittitur intelligendum est / non quod remitti non possit / sed quia deus paucis concedit remittere / vel dicendum per dictum auctoris quod intelligitur de peccato in spiritum sanctum vel quod includit impenitenciam / hoc est in quo quidam perseverat usque ad mortem ¶ Ad id quod tercio obicitur de verbis Ieremie quod deus nolebat orari pro desperatis / dicendum quod hoc non erat quod nullo modo possent ad bonum converti ut videtur hoc cum potuisset si deus vellet eos spirituali remedio sanare / sed quia ipsi non merebantur / et deus occulto suo iudicio nolebat eis manum medicinae applicare / hinc est quod per iudices et suum iudicium et eorum impenitenciam et hoc propheta predicebat / et ita quod hic non habetur quod id peccatum non possit remitti / sed de illis nolebat deus remittere / et quod illi finaliter in

impenitencia irremissibilis erat quia non possent ab ea discedere. Ad id quod obicitur quod tanta est huius peccati labes quod penitere non posset, dicendum quod augustinus in libro retractationum exponit hoc non esse dictum per privacionem omnimode possibilitatis cum deus gratiam det desperatis sed per privacionem facilitatis quia non solent nec conveniunt ad dictam impossibile quod ullo modo fiat sed eciam quod difficulter fiat. Ad id quod quarto obicitur quod in prima specie huius peccati, iam patet expositio quia duobus modis dicitur impenitencia ut dictum est, et prout impenitencia dicitur propositum non penitendi non reddit hominem impossibilem ad veniam quia potest ab isto proposito desistere et illo proposito desistente potest aliud propositum illi succedere et per consequens ad veniam pervenire.

Consequenter queritur de huius peccati genere quantum ad eius species et differencias. Circa hoc queruntur duo. primo queritur de speciebus huius peccati quantum ad numerum et sufficienciam. Secundo queritur de hiis quantum ad ordinem earum secundum rationem peccati et eo

Circa primum sic proceditur et queritur de numero et sufficiencia specierum huius peccati. muniunt eo processerunt huius peccati sex species assignantur videlicet desperacio, presumpcio, obstinacio, invidencia fraterne gracie, impugnacio veritatis agnite, et finalis impenitencia. Sed quod multo plures debeant esse videtur quia cum sint tres virtutes theologice, videlicet fides, spes, caritas, quarum qualibet ita est ad salutem necessaria sicut alia, videtur quod sicut est unum peccatum in spiritum sanctum quod est contra spem videlicet desperacio, similiter debeat unum esse contra fidem et ad contra caritatem. Secundo virtutes cardinales sunt multe preter primam que sunt necessarie ad salutem, ergo sicut accipitur species peccati in spiritum sanctum secundum oppositionem ad penitenciam, ita debet accipi per oppositionem ad alias virtutes cardinales. Tercio creditores non tantum opponuntur iste condiciones videlicet misericordia et iusticia sed eciam plures alie ut potestas, bonitas et maiestas, ergo sicut sunt due species huius peccati quarum una est contra iusticiam ut presumpcio, alia contra misericordiam ut desperacio, ita videtur quod due alie species debeant esse contra condiciones alias. Quarto cum sint peccata capitalia vel que sunt alia, ita quod magna sicut est invidia, ergo sicut invidencia fraterne gracie ponitur una species huius peccati, ita debet poni superbia et ira. Quinto eque magnum peccatum est impugnare bonitatem sicut impugnare veritatem, ergo sicut est una species peccati penes impugnacionem veritatis agnite, ita debet esse alia species penes impugnacionem bonitatis. Sexto sicut blasphemia est peccatum in spiritum sanctum ut dicitur in glossa et in textu [illegible] et aliorum patrorum, ergo videtur quod plures sint species peccati in spiritum sanctum quam

Nomen peccati in spiritum sanctum dupliciter sumitur, videlicet [illegible] et non [illegible]. Secundo prout notat finalem impenitenciam perseverandi in peccato usque ad mortem inclusive, et sic est peccatum irremissibile. Secundo sumitur prout notat propositum non penitendi, et sic potest esse remissibile mutato proposito, vel irremissibile [illegible] importat [illegible] in comparacione et difficultate [illegible]

predicte. Item tertio vero accipitur distinctio istarum specierum. Vel ut accipitur
ex parte eius cui opponitur hoc peccatum, vel ex parte actuum substractorum, vel ex
parte motivorum. Si ex parte eius cui opponitur tunc ista et illa sunt gratia principalis, et gratia
principalis sit una vel quia una sola debet esse species huius peccati. Si ex parte ac-
tuum substractorum vel illi actus sunt principales potentiarum interiorum
vel non principales. Si principales tunc non debent esse nisi tres vel ad minus po-
tentiarum. Si penes actus non principales ergo debent esse multo plures
quam sex. Si ex parte motivorum sicut obiectum quia cum plura sunt motiva quam
sex plures erunt huius peccati species. Ad hoc quidem dicendum quod cum magister non tangat
in littera nisi de numero specierum peccati in spiritum sanctum et alii ponant sex species, et alii
sex vero variat ista diversitas. Queritur ergo penes quid distinguantur
iste species et quare sunt earum numerus et sufficientia. Respondeo dicendum quod peccatum in spiritum sanctum
directe est contra effectum spiritus sancti qui quidem dicitur gratia principalis. Hec autem
principalis gratia vel quia in ipsa ratione considerantur tria respicit videlicet medium et
extrema et instrumentum. Ex parte medii concurrunt ista duo misericordia et iustitia
misericordia per quam dimittit offensam et iustitia per quam corrigit emenda-
tionem. Contra misericordiam est desperatio, contra iustitiam est presumptio. Ex parte extremi duo con-
currunt videlicet detestatio peccati preteriti, et propositum non peccandi nisi cum
hec duo nisi habeat non est idoneus ad hoc quod gratia spiritus sancti habeat in
ipsum efficaciam. Contra detestationem peccati est obstinatio, contra propositum
non peccandi est finalis impenitentia. Ex parte instrumenti duo con-
currunt videlicet veritas doctrine per quam peccatores instruat et bonitas
gratie per quam ipsum admoneat et sollicitet. Contra veritatem doctrine est
impugnatio veritatis. Contra bonitatem gratie est invidentia fraterne gratie.
Ex his patet numerus et sufficientia, quare sunt tot species peccati, nec plures nec pauci-
ores. Vel aliter potest accipi sufficientia dictarum specierum quia cum peccatum est contra gratiam
principalem, et per eam fit remissio peccatorum in virtute cause. Vel est peccatum
contra principium, vel contra virtutem cause efficientis huius principii aut potest esse duo
vel per recessum a bono et sic est desperatio, vel per obstinationem in malo et sic
est obstinatio. Si contra virtutem cause efficientis, vel ratione veritatis, vel ratione
bonitatis. Si ratione veritatis sic est impugnatio veritatis agnite. Si
ratione bonitatis sic est invidentia fraterne gratie. Et hec non sunt nimis minores
species. Nec iste modus assignandi repugnat ei qui dictus est. Et sic obstinatio

motivorum

Sufficientia dictarum peccati in spiritum sanctum

desperatio / presumptio

obstinatio / finalis impenitentia

impugnatio veritatis / invidentia fraterne gratie

que est obstinatio

que est obstinatio in malo. Clauditur presumptio et finalis impenitentia. Hec
enim ipso quod confirmatus est quasi in malo nec tenet penam ut proponit
dimittere culpam. ¶ Alii formant numerum istarum specierum quia cum peccatum in spiritum
sanctum sit contra personale gratiam quae est contra ipsam ratione sui vel ratione
antecedentium. ¶ Si ratione sui sic est obstinatio. Si ratione
antecedentium tunc ad primam antecedat spes et timor. Faciunt due mo-
le contra timorem est presumptio. Contra spem desperatio. ¶ Si ratione gratie
tunc ad primam consequitur emenda que consistit in duobus videlicet in vera
confessione et bona satisfactione. Sic sumuntur due species. Quarum una est
impugnatio veritatis agnite. ¶ Altera est detestatio boni, et secundum ipsam assignatur
obstinatio comprehendit obstinationem contrarie dictam et finalem impenitentiam. Et patet numerus
et sufficientia specierum. Et qua ratione quidam assignant minus. Idem est ratio quedam
vero. ¶ Ille autem modus quo assignantur sex species quemcumque est et quinque te-
netur pro eo quod illud quod alii dicunt implicite ille dicit explicite. ¶ Juxta
hunc modum credendum est species peccati in spiritum sanctum non esse sex et non
plures. ¶ Ad illud quod primo obicitur quod debet esse peccatum in spiritum sanctum scilicet contra fidem
et caritatem. Dicendum quod illa ratio non cogit. Quia non dicitur desperatio peccatum in
spiritum sanctum quia est contra spem sed quia directe impugnat dispositionem gratie
prevenientis. Cum enim desperat de venia, nunquam ad gratiam se preparat
secundum Iudas qui facilius desperans currit ad laqueum sicut dicit Augustinus
quam ad penitendum vel ad petendum misericordie beneficium. ¶ Ad secundum scilicet quod sunt
alie virtutes cardinales preter primam. ¶ Dicendum quod etsi alie virtutes sint
tamen prima contrarie virtus est per quam disponitur homo in gratia et per quam dimittitur
culpa. Et ideo peccatum quod magis est impugnativum gratie magis directe
habet opponi prime quam aliis virtutibus cardinalibus. Potentia prima virtus est con-
trariis sed eadem parimentum. Et ideo modo ei opponitur peccatum in spiritum sanctum
¶ Ad 3m scilicet quod alie sunt contrariones quam inimica et iusticia. ¶ Dicendum quod etsi alie sint
et sint iste tamen sunt precipue contrariones que concedantur in opere iustificationis
et quas oportet attendere peccatores ut possint redire ad gratiam, et ideo ma-
gis contra istas assignantur peccati species in spiritum sanctum quam contra alias. ¶ Ad
4m scilicet quod vii sunt capitalia peccata ita magna sicut invidia. ¶ Dicendum quod
invidentia fraterne gratie non ponitur esse peccatum in spiritum sanctum ratione eius

quod est capitale peccatum / sed ratione eius quod est impugnatio bonitatis quae directam habet oppositionem ad bonum primum. ¶ Ad quartum. scilicet contingit impugnare bonitatem sicut veritatem sicut et maiestatem. Dicendum quod in impugnatione veritatis agnitae clauditur impugnatio maiestatis et bonitatis quia veritas non tantum modo praedicat sicut sed etiam praedicat bonitatem et maiestatem dei et ideo contradicit veritati in qua praedicatur dei maiestas et bonitas per quam maiestatem et bonitatem impugnat ¶ Ad quintum. scilicet de speciebus blasphemiae. Dicendum quod comprehenditur sub impugnatione veritatis agnitae qui enim verbis falsis / veritati dei resistit blasphemare dicitur et veritatem agnitam impugnare ¶ Ad quaestionem in qua quaeritur penes quid accipiatur numerus et sufficientia specierum huius peccati Dicendum quod sumitur propter opposita / oppositum autem poenitentiae huius peccati genus non solum ratione habitus primi / sed eadem ratione eorum quae concurrunt ad poenitentiae effectum / et quia ista sunt sex sicut ostensum fuit duo propter medium et duo propter extremum / et duo propter media [illegible] hoc sunt sex species huius peccati ¶ Ad id quod ultimo quaeritur ¶ Iam patet responsio per causam quae dicta sunt [illegible] speciebus huius peccati quantum ad rationes speciales ¶ Et ostenditur

Secundo quaeritur de / quod nulla istarum sit species peccati in spiritum sanctum / et primo de desperatione / quod peccatum in spiritum sanctum est ex certa malitia / sed desperatio potius ex infirmitate quam ex malitia / ergo videtur quod desperatio non sit peccatum in spiritum sanctum. si dicas quod saltem sit esse species in quantum est ex malitia / obicitur quod hoc quod qui desperat cogitat in corde suo quod maior est iniquitas sua quam dei misericordia / et omnis talis errat / et decipitur / ergo omnis desperatio oritur ex ignorantia / ergo non est species peccati in spiritum sanctum ¶ 2° ostenditur hoc in spiritum de praesumptione / quia frequenter praesumunt quidam potius ex confidentia et audacia quam ex malitia / ergo non videtur esse species peccati in spiritum sanctum / si tu dicas quod non est species nisi in quantum procedit ex malitia / obicitur quod hoc quod praesumptio ratione cuius praedat est species superbiae quae est capitale peccatum / ergo non est species peccati in spiritum sanctum ¶ 3° ostenditur hoc in spiritum de obstinatione / quia obstinatio est induratio mentis in malitia pertinacia propter quod fit homo impoenitens / si ergo induratio mentis vertit ad permansionem in peccato / et permansio in peccato non est species peccati sed potius circumstantia videtur quod obstinatio non sit species peccati in spiritum sanctum. ¶ Si tu dicas quod obstinatio dicitur quod est peccatum in spiritum sanctum non tantum dicit permansionem sed etiam dicit novum actum et motum ¶ Obicitur quod hoc quia actus ille non est nisi quam voluntas manendi in peccato / ergo videtur quod obstinatio non sit species

peccati in spiritum sanctum sed ab impenitencia distincta ¶ Ergo ostenditur hoc ipsum de impugnacione
veritatis agnite quia frequenter veritas agnita impugnatur cum verecundia quia
homo timet confundi qui defendit falsum ¶ Ergo videtur quod non sit species peccati in spiritum sanctum
¶ Si dicas quod non est species peccati in spiritum sanctum sed ipsum quod est cum malicia / obicitur contra hoc quia
tamen veritas quam veritate agnita filio conspiratur ¶ Ergo pocius dicitur impugnacio
veritatis agnite peccatum in filium quam in spiritum sanctum ¶ Secundo loco ostenditur hoc ipsum de
invidencia fraterne gracie quia aliquis invidet alii correpcione nec tamen est
peccatum in spiritum sanctum cum malicia / videtur consista non esse peccati in spiritum sanctum ¶ Si
tu dicas quod hoc modo est peccatum in spiritum sanctum quando procedit cum malicia / obicitur contra
quia invidencia fraterne gracie semper continetur sub invidia quod est capitale peccatum
Ergo videtur quod invidencia fraterne gracie reducatur ad peccatum capitale et non sit peccatum
in spiritum sanctum ¶ Tercio et ultimo ostenditur hoc de impenitencia / quia aliquis non penitet quia
nescit se peccasse ergo videtur quod aliqua impenitencia sit cum ignorancia / ergo non est species peccati
in spiritum sanctum sed quod videtur est cum malicia ¶ Si tu dicas quod tunc est peccatum in spiritum sanctum quando
est contra spem / obicitur contra hoc quia spes non valeat genus peccati cum sit contrista-
cia ¶ Ergo impenitencia procedens cum ignorancia non est species peccati in spiritum sanctum
videtur quod ut impenitencia procedens contra spem ¶ Respondeo dicendum quod quemadmodum in operibus
meritoriis caritas dat formam / ita quod nichil est meritorium nisi cum caritate
procedat sic intelligendum est in peccato in spiritum sanctum quod malicia dat formam huic
peccato / unde non dicimus esse peccatum in spiritum sanctum nisi quod cum malicia procedit
/ et quia fere omnes actus qui procedunt cum malicia possunt procedere
de infirmitate et ignorancia / et nomina peccatorum imponuntur ab actibus / hinc
est quod ulli nomen peccatorum specierum est impositum alicui causa quod est species
peccati in spiritum sanctum / et ideo in contra omnia opposita est hec generalis et communis distinctio
ut dicamus quod ista sunt vel non sunt peccatum in spiritum sanctum secundum quod fiunt cum mali-
cia ¶ Si autem fiunt praeter maliciam ut pote cum ignorancia et infirmitate
tunc non sunt peccata in spiritum sanctum. Hoc autem melius patet per ad singula des-
cendendo ¶ Ad primum quod obicitur de desperacione quod potest esse cum infirmitate / dicendum quod
aliquando desperat aliquis propter pusillanimitatem / ita quod in ipsa desperacione
non invenit complacenciam / sed dolet et renititur contra ipsum et tunc non est
dicendum esse peccatum in spiritum sanctum quia cum tali desperacione non perficitur homo
in profundum ¶ Est et alia desperacio qua quis desperat diffidencia ab-
scondens se a facie divine misericordie / sicut fecit Cayn / qui dixit ecce tua

a facie tua eicis me hodie / et hoc peccatum est peccatum in spiritum sanctum / quia est in contume-
lia divine misericordie cum suam preferat iniquitatem sicut dixit Cayn maior est in-
iquitas mea etc. quales tamen non iudicantur infidelibus / aut quia tales bene
sentit de aliis sed male de se aut etc. quia non estimat deum misereri non
posse sed potius misereri nolle et tale peccatum habet quintam maliciam
pro eo quod qui sic desperat in tali culpa vult vitam suam finire, unde
tales desperatissimi de facili ut experientia frequentissime probatur ipsis inferunt mor-
tem. ¶ Ad secundum scilicet quod obicitur de presumpcione ¶ dicendum quod est presumpcio de meritis

presumpcio est duplex

et presumpcio de impunibilitate / prima presumpcio qua quis presumit de
meritis suis sive de aliquo quod habet in se est peccatum superbie ¶ secunda presumpcio
qua quis presumit de impunibilitate dans totum divine misericordie et auferens
ei omnino rigorem iusticie hec est peccatum in spiritum sanctum / quia claudit viam ad
gratiam et viam applicat ad peccatum / et sic patet quod aliud pertinet ad peccatum
capitale / et aliud ad peccatum in spiritum sanctum ¶ Ad tertium scilicet de obstinacione quod
obstinatio dicit permansionem in peccato vel in malo ¶ dicendum quod obstinatio dicitur dupliciter

obstinatio dupliciter dicitur

uno modo dicitur obstinatio continua permansio in culpa / alio modo dicitur obstinatio volun-
tas complacens sibi in culpa perpetrata et pro ea culpa non detestans sed approbans.
et hec non dicit actum / actum in quo precedit cum malicia id est peccatum
in spiritum sanctum / differt autem ab impenitencia [illegible]
est [illegible] / [illegible] futurum / et [illegible]
plagam et plagendam non committere / tamen [illegible] istos duos actus possunt esse
diversa vicia / sicut largitas [illegible] tamen [illegible] duos actus qui
ad ipsam concurrunt videlicet dare et tenere / habet duo vicia opposita vi-
delicet prodigalitatem et avariciam ¶ Ad quartum scilicet de impugnacione veritatis
agnite ¶ dicendum quod veritas agnita [illegible] intelligi impugnando aut
ipsam veritatem / aut [illegible] directe / aut [illegible] effectum consequentem / primo [illegible]

veritas agnita quattuor modis impugnatur

impugnat cum omnes homines [illegible] deperderet ¶ secundo et tertio [illegible]
impugnatur conformitate et cum malicia et cum quis impugnat ea
pertinaciter sua in confusione directe sive [illegible] sui quia [illegible] habet
adiunctam maliciam maxime cum est veritas ad salutem pertinens ut est veri-
tas [illegible] religionis et sic est peccatum in spiritum sanctum / tunc autem dicitur aliquis
veritatem pertinaciter impugnare / [illegible] impugnacione [illegible] directe

ut effectus contritis / aut facit ut velit facere preiudicium veritati / ita quod
quamvis non odiat veritatem / et quod veritas est ymo ratione adiuncti odio eam ab
horret · sicut aliquis odit deum ratione iustitie / et ratione illius odii contingit quod ho
delectatur in contumeliis dei / et in confutatione veritatis / et tunc recte dicitur
moveri ex malicia et pertinacia / Si autem quis consistit non pertinaciter tunc
bene potest procedere talis impugnatio ex quadam infirmitate ut talis impugnatio
peccatum est in spiritum sanctum ut valet id quod obiicit quod veritas et agnitio veritatis
appropriatur filio / quia talis impugnatio non procedit ex ipsa agnitione / sed potius
procedit ex malicia ipsa voluntatis / Unde magister supra dixit in prologo differen
tiis voluntatibus differentes fit aliorum studiis et deum aliud complacet
impietatis error obmittitur / et sicut quotidiana ipsa impietatis erroris
consultat / et dicit quod movet ad caritate veritatem impugnandam / Ad quintum
quod obicitur de invidia fraterne gratie · dicendum quod dicitur potest quis invidere gratie aliene / aut
quia ex hoc minuitur bonum proprium cum provocatione appetitus singularis et sic
est peccatum capitale / aut quod visus anime sic est depravatus ut sicut non videat
bonum in se sic eciam nolit videre bonum in alio et tunc est peccatum in spiritum sanctum
hoc autem est in illis maxime qui vix possunt in aliquo homine videre bonum / et
ita aliud est capitale peccatum / Aliud est peccatum in spiritum sanctum et ipso ultimo non
non procedit nisi ex magna corruptione et malicia voluntatis / quia adeo quis
eius potius ut bonum faciat apparere malum / et malum faciat ap
parere bonum / Ad sextum quod obicitur de impenitencia / dicendum quod impenitentia dicitur dupliciter videlicet
privative et contrarie / Si dicitur privative sic non est peccatum in spiritum sanctum quia non
ponit novum peccatum · sed quandam circumstanciam peccati precedentis / Alio modo
potest dici contrarie et tunc dicitur in prima voluntas non penitendi et talis quandoque malicia
procedit / et peccatum est in spiritum sanctum nec valet id quod obicitur quod scientia non variat genus
Ad decimum dico quod hoc non est ratione scientie / sed ratione malicie / Hec autem impenitentia sic
est species peccati in spiritum sanctum quod tres alie species ad ipsum ordinantur / et ipsa quandam modo
omnibus aliis est communis / ut hoc impedit quin sit diversa species ab aliis / quod
sicut in virtutibus una disponit ad alteram / sic eciam et in viciis / quamvis non sit
tanta connexio in habitibus viciorum / sicut est in habitibus virtutum / sicut datur docere in
3° libro manifestabitur / Questiones circa literam / Et primo queritur de hoc quod dicitur est peccatum
In parte ista sunt / citatum ad mortem / non pro eo dico ut quis oret ·
videtur enim ex hoc quod non habeat orari pro eo qui peccat in spiritum sanctum / Sed contra

Invidentia potest quod dupliciter

Impenitentia dupliciter dicitur

vel quod

quia hoc est quod tales sunt diligendi caritate / Secundo non quod pro eis orandum sit
¶ Contra quia tales magis indigent aliis et peiores sunt ad malum / Secundo non
quod maior sit efficacia mee [illegible] orationis quam pro aliis qui non indigent
¶ Sed in questione quam dixit beatus Johannes quod pro talibus orandum non sit sed devenitur
desperandi ¶ Responsio dicendum quod peccatum ad mortem dicitur duobus modis / aut quia perducit ad mor-
tem aut quia disponit ad mortem / et primo accipiendo peccatum ad mortem non
est irremissibile ¶ Secundo accipiendo peccatum ad mortem cum difficultate est remis-
sibile / utrolibet duorum modorum intelligitur [illegible] / predictus sermo Johannis et dicitur secundum quosdam
proponens ¶ Una primo sensus est et non dico ut pro eo oret quis hoc est ab aliquo
minus ut magnus ¶ Secundo vero non sensus est non dico ut pro eo oret quis id est quevis
persona quia dicit difficile est pro talibus orationes precibus exaudiri / quia tales
iam sunt ut incorrigibiles deputandi / de quo dicit dominus Mathei xviii
qui si ecclesiam audire noluerit sit tibi sicut ethnicus et publicanus / et ita in
primo sensu generaliter intelligit quod pro peccante ad mortem non est orandum / in alio non
sensu intelligit quoniam est in debiliter impetrare tantum donum in illo [illegible] sensum
pluribus orationibus / Sed in hoc verbo ostendit quod mandatum suum non monuit quia
dixerat orandum esse pro proximo non se concedit generaliter in omnibus / Sed de eis
de quibus probabiliter sperare possumus quod nostris orationibus credent et secundum hoc in proposito

Quaeritur etiam de hoc quod dicit quicumque blasphemaverit in spiritum / ad illud
spiritum non remittetur ei ¶ Contra glossa dicit ibidem quod blasphemia remittetur
spiritus aut blasphemie non remittetur / Secundo si blasphemia remittitur sunt remittit
blasphemet primum sive filium remittetur ¶ Item hoc quod querit quid dicitur sit
nec blasphemare / et spiritum blasphemie / videtur quod eius peccatum sit blasphemia quod
spiritus blasphemie / quia spiritus blasphemie dicit voluntatem / blasphemia opus ma-
lum aut opus addit supra voluntatem ¶ Contra in hunc est quod dicit glossa que dicit quod spiritus
blasphemie non remittitur / Sed blasphemia remittitur ¶ Responsio dicendum quod sicut dicit Hugo
blasphemia quod est de se non differens est quod ad hoc quod sit peccatum in spiritum sanctum et non
in spiritum sanctum / alii enim blasphemant per infirmitatem coactione et hii peccant
in patrem / alii per deceptionem / et hii peccant in filium / alii per ita maliciam
et hii peccant in spiritum sanctum / et hoc est spiritualissimum genus peccati in vituperium
dei delectari / et per hoc subiungit quid est spiritus blasphemie nisi affectus et
desiderium vituperandi dominum ¶ Spiritus enim blasphemie per se opponit ad odium
dei sicut spiritus sanctus ad amorem dei / quia ergo dicitur qui blasphemaverit in
spiritum sanctum etc. non intelligitur de qualibet blasphemia / Sed de spiritu blasphemie

blasphemat [illegible]

vm ii dicit qui blasphemaverit spiritum sanctum sed qui blasphemaverit in spiritum sanctum
i. peccando in spiritum sanctum. Et hoc declarat ipsa glossa que dicit quod blasphemia
remittetur, spiritus autem blasphemie non remittetur. Per hoc patet responsio ad
illud quod arguitur quod contra sunt inter blasphemiam et spiritus blasphemiam, et quod omne
peccatum sit spiritus blasphemie, qua blasphemia non enim differunt per volun-
tatem et actum sed per generale et speciale.

Iterum arguitur de hoc quod dicit quod desperatio est qua quis diffidit penitus de bonitate dei
estimans maliciam suam dei bonitatem excellere. Nam cum ex hoc quod
sic desperans sit infidelis. Omnis enim qui sic estimat credit boni-
tatem dei esse finitam, et omnis talis errat contra articulum quod fidei est. Secundo
quia contradicit contrarium eius quod dicit scriptura hereticum et infidelem iudicatur
sed scriptura dicit quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non
recordabor. Desperans contradicit ei oppositum [illegible]. Tertio articulus specialis est
de remissione peccatorum et contra illud errat ille qui desperat. Similiter
potest obici de eo qui presumit. Item videtur quod desperatio tollat fidem, ratio huius
est quia fides ita precedit spem sicut precedit caritatem ita etiam videtur de-
speratio. Respondeo dicendum quod fides differt a spe et in hoc quod fides respicit ipsum
deum in universali, sed spes respicit in particulari redditum ad sperantem et in hoc
etiam quod fides dicit certitudinem in intellectu et spes dicit certitudinem in affe-
ctu, sicut contingit aliquid ignorari ad particularia et sciri in universali sicut dicit philosophus
in 2o Posteriorum sicut est de illo qui scit omnem mulam sterilem et tamen estimat hanc
habere in utero. Sic potest aliquis habere fidem sine spe, et sic potest aliquis non habere certi-
tudinem de aliquo in affectu habere in intellectu, sic [illegible] aliquis potest non habere spem ha-
bere fidem. Ad illud ergo quod obicitur primo quod talis estimat maliciam suam dei bonitatem
excedere dicendum quod estimare maliciam bonitatem excedere hoc potest esse dupliciter aut
in se ipsa aut in effectu, et in effectu dupliciter aut universaliter aut [illegible] particulariter [illegible] sui.
Et primo et secundo modo est infidelitatis, et tertio desperationis, et hoc sonat textus genesis
quod dicit Cayn desperans, maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Non dixit
quam omnium esse quam mea, sed comparatur esse quam veniam ad quam pervenire posset.
Vel potest dici quod talis estimatio potest venire ex [illegible] considerare quam [illegible]
[illegible]sione notitie sicut homo aliquid bene scit aliquis et tamen affectio adeo avertitur ut ad estimandum
[illegible] oppositum pertrahat ipsum, et per hanc viam responsio est ad alia duo
que postea obiciuntur, non enim concludunt quod desperatio tollat fidem quod de

Fectus a duobus condicionibus sicut deum est, quamvis autem desperatio non tollat fidem simpliciter, in theologia tamen plus laedit quam fides per desperationem quia per odium vel per quodcumque aliud peccatum quod non sit ei directe oppositum. Infidelitas enim sicut tria videlicet ipsa credulitas et habilitas tendendi videtur et ipsa tendentia. Primum est quasi fera, et secundum quasi perimere, et tertium quasi fructus. Primum tollitur solum per infidelitatem, secundum non tollitur per desperationem qua efficitur homo habilis ad tendendum in deum. Tertium non tollitur per omne peccatum, quod dicit quod peccatum in peccatum aliud intelligitur quod fit per

vertitur item de hoc in infirmitate, sed enim hoc verum est hic peccatum est peccatum

in peccatum. Quod ad potentiam peccandi primo sicut in potentia quia potentia hec ipso quod aliquis potest peccare potest deficere et infirma est. Secundo sicut peccatum in filium est propter ignorantiam potest illa pars constringit, unde omnis peccator potest ignorans per multa peccata, unde quod omne peccatum potest in filium, ergo ulla et illa distinctio peccatorum. Tertio dicendum quod cum dicitur peccatum esse per infirmitatem et ignorantiam, non accipitur hic communiter pro infirmitate et communi pro ignorantia, sed infirmitas quidem est quasi contraria, et ignorantia que est radix aliquorum etiam malicie, faciet rationem culpe, et hoc non tantum infirmitas non est radix omnis peccati, vel talis ignorantia, quamvis largius accepta infirmitate quecumque in potentia et ignorantia quecumque nescientia sine qua scientia peccator sive specu-latione in omni peccato reperitur. Potentia prendendum quod quid dicitur peccatum per has differentias quod id dicitur peccatum per infirmitatem quod procedit ex opere immediate et sunt ex ignorantia et malicia, et sic iste tres differentie non conveniunt in peccato idem. Et per hoc patet objecta. Et hec sufficiat de ista distinctione, quod supra quod situm fuit de hiis dist. xx ubi de illa diversimode ponitur et manifestatur. | Magister ostendit qualiter peccatum habet

esse per contradictionem dignum etc. Supra, ortum a voluntate in generali et in speciali. In hac vero parte determinat utrum habeat ortum potentia peccan-di. Et hec pars durat usque ad finem libri. Dividitur autem per ista in partes. In prima quarum primo querit magister utrum sit potentia peccandi et determinat quod potentia peccandi non est a deo secundum quamdam opinionem. In secunda vero parte ostendit quod potentia est a deo pluribus auctoribus ibi Sed pluribus sanctorum testimoniis etc. In tertia vero parte determinat quamdam dubitationem que ex precedentibus habet ortum videlicet utrum omnis di-minat potestati sit resistendum ibi Hic oritur questio non transilienda ubi determinat quod aliquando est obediendum aliquando resistendum. In quarta vero et ultima continuat magister dicta dicendis ut cohoc libro ad librum tertium sufficiat sibi iam nunc et intellectis atque pertractandis. Et post hec potentia ultra dividi contra totam precedentes. Sed contra bonitatem non sunt divisa. Hec enim distinctio nimirum plus hunc convenientibus quam utilitatibus, et

li. constantie

Dis. xx^a

dicto eius impedientibus principiis / incidit hic questio circa tria ¶ primo queritur
Ad intelligendum autem hujus potestatis / utrum ut unde habeat ortum potestas
peccandi ¶ 2o non queritur unde sit in homine potestas propter di[?] pme dicendi
¶ 3o queritur de utilitate subiacendi potestatis precedentis ¶ Circa primum queritur duo
¶ primo queritur utrum potentia peccandi sit in homine a deo ut a se ipso ¶ 2o queritur
utrum potentia peccandi in quolibet sit bona an mala / peccandi sit in nobis
Circa primum sic proceditur et queritur utrum potestas / a deo est quod sic videtur
primo auctoritate augustini super genesim et ingenii deducat in libro nocendi voluntas
potest esse ab homine sed potestas non nisi a deo / sed voluntas nocendi que est hominis a se
ipso non est nisi vitium nocumenti quo quis peccat / ergo per rationem illius eiusdem potes
tas est a deo videtur quod potestas peccandi sit a deo ¶ 2o philosophus in topicis dicit potest deus et
studiosus prava agere sed omne id in quo communicat homo cum deo habet ab ipso tanquam a causa
et primo / sed ergo impotentia peccandi homo cum deo communicat videtur quod potentia peccandi
a deo accipiat ¶ 3o omne id quod attestatur nobilitati nature est a deo sed potestas peccan
di in eo in quo est attestatur nobilitati nature / non enim reperitur sit nisi in creatura rationali
que est nobilissima omnium creaturarum ergo videtur quod potentia peccandi sit in homine a deo ¶ 4o
omne id quod facit ad amplificationem laudis a deo est / cum est omnis honor et laus
/ sed posse peccare facit ad laudem viri justi / unde quod dicitur ecclesiastici xxxi ¶ qui potuit
transgredi et non est transgressus et facere malum et non fecit / ergo videtur quod posse
peccare sit in homine a deo ¶ 5o potentia peccandi aut est in creatura rationali / unde
quod est a deo aut unde quod est ex nichilo / si unde quod est ex nichilo ergo cum omnis creatura
sit ex nichilo omnis creatura habet potentiam peccandi sed hoc est falsum / restat ergo
¶ Sed contra peccare est deficere sed posse deficere non est posse / sed privatio potentie
sed privatio et defectus potentie non est a deo videtur quod potentia peccandi non sit in homine
a deo / sed potius a se ipso ¶ 2o ab eodem primo sunt actus et potentia / ergo si peccatum non
est a deo aliquo modo / ergo nec potentia peccandi in homine est ab ipso ¶ 3o gloria est perfec
tiva et salvativa nature / sed per gloriam aufertur potentia peccandi / sed ergo gloria non
aufert quod deus dedit / videtur ergo quod potentia peccandi homo a deo non accepit ¶ 4o
potentia peccandi est potentia faciendi contra deum / ergo potentia peccandi in quolibet
contraria divine potentie / sed in divina potentia nichil contra facit / videtur ergo quod ab ipso non
sit potentia peccandi ¶ 5o omne quod est in homine a deo habet exemplar in deo sed
potentia peccandi in quolibet non habet exemplar in deo ¶ impossibile est enim quod deus peccet
sicut in pluribus locis augustinus dicit / et impossibile est esse defectus sine exemplari in deo
/ sed homo unde potentia peccandi deo non assimilatur / ymo potius assimilatur dyabolo

Con[tra]

Potentia peccandi duo dicit

et omne quod homo habet a deo habet in ipso quoque pluralitatem et plenitudinem. Unde quod potentia peccandi in homine non habeat a deo causam et originem. Respondeo dicendum quod cum dico potentia peccandi duo dico, et dico aliquam potentiam, et dico potentiam ad talem actum ordinabilem. Si enim loquimur de potentia peccandi ratione qua potentia est, quia potentia est bona, sic absque dubio a deo est. Si autem loquimur de ordinatione illius potentie ad peccatum tunc dicendum quod sicut peccatum aliquid accipitur abstracte, aliquid concrete, unde cum nominat actionem deformem, aliquid ipsam deformitatem, sic dupliciter est loqui de illa ordinabilitate ad peccandum, aut respectu deformitatis aut respectu actionis substrate. Si respectu actionis substrate sic talis ordinabilitas a deo est sicut et actio substrata peccato. Si autem loquamur de ordinabilitate illa respectu deformitatis sic cum illa deformitas nichil aliud sit quam privatio et defectus, talis ordinabilitas nichil aliud est quam defectibilitas, sic ergo defectus deformitatis non est a deo, sic nec talis defectibilitas est a deo, sed est in ipsa creatura rationali quia de nichilo, sic ergo potentia peccandi unos concedere esse a deo, alios minime, et ideo hoc ponunt rationes ad oppositas partes et diverse fuerunt opiniones, unde sic magister dicit in littera. Quidam dixerunt quod potentia peccandi non est a deo. Alii vero dixerunt quod potentia peccandi a deo est, quod multipliciter probat magister multis auctoritatibus. Ille autem auctoritates non valent ad hoc concludendum nisi accipiatur potentia peccandi ideo quod est principium actionis ad quod est, sed hoc non continetur sub genere potentie. Secundum autem quod potentia peccandi consideratur in comparatione ad ipsam deformitatem sic non est in genere potentie, ymmo potius impotentie, sic enim non nominat potentiam sed defectum, et sic non sequitur deus potest omnia facere, ergo potest peccare, sic non sequitur ergo omnis potestas a deo est, ergo potestas peccandi a deo est. Et ideo loquendo de duplici [?] quod potestas peccandi non est libertas, nec pars libertatis. Et hoc modo procedunt rationes ostendentes quod potestas peccandi in homine non sit a deo. Et ideo concedende sunt. Ad primum ergo ad illud quod obicitur de potentia nocendi quod est a deo quamvis voluntas non sit ab ipso. Dicendum quod dupliciter [?] facit in verbo illo nisi ipsam potentiam qua peccatur et actualem ordinationem illius potentie qua peccatur. Et vult dicere quod ipsa potentia a deo est, quamvis nisi ipsa ordinatio ad peccatum ab ipso non sit, quia peccatum est deordinatio quam ordinatio. Et ideo propter hoc non habetur nisi quod potentia peccandi ideo quod est, a deo sit. Secundum autem quod est ad peccandum non sit dici quod illa auctoritas quod sit a deo, ymmo potius oppositum, quia potentia peccandi non provenit in peccatum nisi mediante voluntatis deordinatione quam a deo esse negat augustinus in predicta auctoritate. Ad 2^m. sed ad verbum philosophi in quo dicit quod deus et studiosus potest prava facere, exponunt quidam quod philosophus intelligit de malo pene. Sed hoc plane repugnat eius textui, et ideo cum

sacra scriptura dicat, et omnes oppositiones concordat quod nullo modo potest peccare potest nec mentiri, nec aliquis simpliciter negare. Ad primum quod in verbo philosophi non habet veritatem, ut credo ipsum constituisse magnum virum in verbo illo. Ideo quod dixit hoc solum, quod esse exemplificando et persuadendo et exemplum suum satis sufficiebat ad propositum ipsius, in qua habet veritatem quod hoc videlicet quod studiosus potest mala facere, licet ipse non potest vere studiosus, sed vere potest a veritate deficere. Ad 2am scilicet quod potentia peccandi attestatur nobilitati nature. Dicendum quod hoc non est verum in quantum dicit ordinem ad defectum, sed in quantum dicit ordinationem ad actum substratum, quia nullus actus est de formabilis per culpam, nisi qui procedit a potentia deliberativa, que nobilis est, quia sola illa est in forbilis perfectiva, vel dicendum quod attestatur nobilitati est duplicatur, aut per se, aut per accidens, potentia aut peccandi et per se attestatur nobilitati nature per accidens, sicut dicit Augustinus quod dolor boni amissi testis est nature bone. Ad 4m quod obicitur quod facit ad amplificationem laudis. Dicendum quod sicut virtus eo mediabilior redditur quo potentius, sic potentia benefaciendi commendabilior redditur quo potentia malefaciendi, non quod vicium aliquid addat bonitati virtutis, nec potentia deficiendi aliquid addat potentie benefaciendi, sed quod comparatio opposite magis in sua bonitate clarescit, sic magis apparet virtuositas hominis qui potest male facere et non vult, quam si non posset nec vellet, et ideo laudatur vir iustus in hoc quod potuit male facere et non fecit. Hoc est laudare in hoc quod fecit bonum et non fecit malum, cum posset, ita quod laus essentialiter respicit hoc quod est facere bonum. Hoc autem quod est posse peccare non respicit nisi per accidens, non tamen circumscripta potentia faciendi malum, si bonum faceret voluntarie adhuc laudaretur. Ad questionem quod queritur utrum potentia peccandi insit creature a deo, ut concedit Hylo. Dicendum quod ratione actus substrati qui est actus deliberativus in est ei a deo, ratione vero defectus inest ei communiter, et sicut est quod potentia peccandi non reperitur in omni creatura quod ratione in perfectionibus non reperitur, ideo quod non potest in ea esse defectus a deo suo creatore est quaesita, et sic potentia peccandi quodam modo tollitur per gloriam, quodam modo relinquitur, quodam modo est ipsa libertas, quodam modo minuit libertatem, quodam modo est potentia, quodam modo impotentia, et quodam modo dicitur potentia, quodam modo privatio, et ideo cum queritur utrum sit a deo, non est respondendum simpliciter sed secundum predictam distinctionem.

Secundo queritur utrum potentia peccandi secundum quod aliquis potest mala, et quod potest mala, sit in quolibet homine. Utrum potentia peccandi non est aliud quam voluntas, sed voluntas peccandi est mala, ergo potentia peccandi est mala. Item quod aliquis cum vires malas et ipsum contra malum est, sic cum

¶ Dist. xxxta utrum habeat ortum potentia peccandi

usus bonum est ipsum quod bonum. Sed usus potentie peccandi est peccare, et peccare est malum; ergo et potentia peccandi mala. ¶ 3o sicut se habet potentia benefaciendi respectu boni, ita se habet potentia malefaciendi respectu mali. Sed omnis potentia benefaciendi in quantum huiusmodi est bona; ergo omnis potentia malefaciendi in quantum huiusmodi est mala. ¶ 4o unaqueque potentia completior est quando est suo actui coniuncta. Sed potentia malefaciendi dum est coniuncta actui malefaciendi mala est; ergo per minus completa est quando est separata ab actu; ergo videtur quod etiam separata ab actu mala sit. ¶ Contra potentia malefaciendi aut est bona aut mala; si est bona et omne bonum est in deo et a deo, ergo videtur quod potentia malefaciendi in quantum huiusmodi et a deo sit et in deo sit, quorum utrumque falsum est. Restat ergo quod potentia peccandi sit mala. ¶ Sed contra si potentia peccandi est mala, ergo potens peccare est malus. Sed iustus et sanctus sunt potentes peccare, ergo iustus et sanctus est malus. ¶ 2o si posse peccandi est malum, aut ergo malo pene aut malo culpe; malo pene non, quia tunc esset malum culpe; malo culpe non, quia culpa consequitur peccandi potentiam tempore et natura; sanctus enim et homo et angelus peccare potuit quando peccavit. ¶ 3o si posse peccandi est malum, aut ergo materia quod facit, aut materia in qua fundatum est in ea materia quod facit non, constat quod multi possunt malum facere qui non faciunt nec fecerunt; si materia in qua fundata est in ipsa ¶ Contra quod augustinus in libro lxxxiii questionum probat quod nullo alio auctore sit homo fit malus a se ipso; ergo non videtur quod posse peccandi in quantum huiusmodi est de se mala sit. ¶ Ergo non potest iste sit adulterari, ergo est adulter; ergo non potest iste sit malum facere, ergo est malus. Sed si potentia malefaciendi esset mala, nomen non pertineret ad ipsum esse malum; ergo etc. ¶ Responsio. Videtur verum in hoc quod voluntas malefaciendi est mala et posse malefaciendi non dicitur esse mala. ¶ Et ratio est quia voluntas peccandi non dicitur voluntas sed posse peccandi dicitur impotentia; ratio enim quia magis sit ei voluntas peccandi maiorem habet approximationem ad peccati defectum quam potentia peccandi, magis vero quod debet eadem contraria ratione in voluntas peccandi dicitur voluntas quam posse peccandi dicitur impotentia ¶ Ratio autem quod sicut potentia ad bonum non habet actualem ordinationem ad effectum sed solum habitualem, voluntas vero dicit actualem ordinationem sicut et in malis intelligendum est; quia potentia non dicit actualem ordinationem ad defectum sed potius habitualem, unde non dicitur a(b) hoc potentia malefaciendi quia actualiter tendit in malum; sed quia sunt tendere in malum. Voluntas autem actualem ordinationem habet, unde cum dicitur ille vult malum notatur quod actualiter tendat in malum, sicut cum dictum fuit in primo libro voluntas est approximatum ipsius potentie ad agendum et ideo ea esse malum dicit aliquem

defectum presentem in eo ut ratio id de quo dicitur. Hinc est quod voluntas peccandi
mala est, et velle peccare est malum, potentia autem peccandi sive posse pec-
care non dicitur esse mala. ¶ Concedendum potest esse rationes concedentes quod potentia
peccandi in quantum huiusmodi non est mala. ¶ Ad primum quod obicitur in contrarium de voluntate
dicendum quod id non valet quia voluntas malefaciendi plus ponit quam potentia
malefaciendi dicit enim actualem ordinationem ad malum et ut plurimus dicimus
actualem deordinationem. ¶ Unde patet ad illud quod non valet velle malefacere est ma-
lum, ergo posse malefacere est malum, ut ostensum est. Secundum non valet quod obicit quod po-
tentia malefaciendi non est aliud quam voluntas, quoniam enim non potest aliud ab
illo tamen non impartitur secundum in maiori elongatione, sed alterum necesse est in maiori ap-
proximatione, et non est ibi sophisma quia actus propter quod hoc eadem est quod distat a ma-
lo et quod approximatur malo, ergo per mala est, patet est approximatio comparatione ad malum.
Ulterius mala est, patet, patet etiam distans assignatur etiam hic aliquis similiter actu et rei fortior
te in esse. ¶ Ad aliud etiam secundum quod utique potentia peccandi in quantum huiusmodi est mala, dicendum quod illa maxima
intelligitur de vero ad quod res una quasi directe et de primo ordinatur, sed potentia peccan-
di non ordinatur ut directe ut de proximo ad actum peccandi, pro eo quod illa eadem
potentia est ad opposita, et ad suum oppositum ordinatur prius, ad hoc autem ordinatur per
accidens. Unde oppositum peccati est eius cum visus, et peccatum est cum absentia, et ideo non
